

Gregor. cælum. *Dimittit nonaginta nouem in deserto.* D. Gregor. homil. 34. in Euangel. quia scilicet Angelorum choros relinquit in celo. Cum tamen valde sit plenum sanctis spiritibus. Respondet primò Mendoga in 1. lib. Reg. cap. 4. num. 11. Annot. 2. cap. 21. Cælum tanquam desertum dici, quia propter sui altitudinem inuium, ac inaccessible, quod nullus suis viribus attingere valet. Matth. 18. n. 12. ait. *Relinquit nonaginta nouem in montibus.* Explicat Euthym. *Montes secundum aliquos cælum est propter altitudinem.* Vnde Mulieri in Apocal. 12. num. 14. *Data sunt alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum;* Hoc est diuina quædam contemplatio, ac charitatis affectio, quibus se à terrenis abduceret, & cælestibus infereret.

49. Beda. Secundò. Beda. *Dimisit, ait, nonaginta nouem oves in deserto, quia illos summos Angelorum choros relinquit in celo. Cur autem cælum desertum vocat, nisi quod desertum dicitur derelictum? Tunc autem cælum homo deseruit, cum peccauit.* Nonaginta nouem; idest multam Angelorum multitudinem habebat in celo, & cum vna aberrans ovis, natura scilicet humana ad cælum destinata, illud per sui præuocationem perdidit; tunc nec bonus pastor gaudet cum suis Angelis, & illam errantem ouem contemnit, minimè? Sed ita illius errantis ovis amore vulneratur, ita illius desidio tenetur, vt tota illa cælestis curia innumeris Angelicis spiritibus plena; vna tamen ouicula naturæ humanæ deficiente, veluti vacua, ac deserta illi appareat, vna enim præ omnibus hominum societate gaudebat. De quibus, ait. *Et delicta mea esse cum filiis hominum.* Prouerb. 8. num. 31. Deus ante hominem factum miras iucunditates, ac delicias habebat cum Angelis; quomodo ait, quod delicta suæ sint cum filiis hominum, ita homo factus iucundabatur, ac delectabatur cum hominibus, ac si tunc peculiariter, insigniter haberet suam oblectationem, ac delectationem, cuius rei rationem assignat Carnalis Hugo. *Potius, ait, sunt ei delicta esse cum filiis hominum, quam cum Angelis: quoniam de his, quæ aucupio, vel venatione capiuntur, sunt delicta ciborum, non de domesticis: & ipse quidem venatione predicationis, & aucupio crucis cepit homines.*

50. Tertio. Cælum dicitur desertum ob securitatem, quam secum habet, cum sit liberum ab hominum frequentia, ac tumultu, in quo tentationum illecebræ, ac diuersarum rerum occultus obueniunt; vnde si pastor relinqueret oves in ciuitate aliqua multo essent discrimini expositæ, à quo sunt saluæ, & custoditæ cum in deserto persistant; aduerte etiam, quod cum pastor reliquerit nonaginta nouem oves in deserto, aliqua est coniectura, quod ovis errauit extra desertum, in urbem nempe & inter mundanos tumultus, à quibus in humero sublata est à pastore in desertum, vt cuncta pericula effugeret, ad hanc considerationem respiciebat. Hilar. lib. contra Auxentium Mediolanensem, vt ab Arrianis Christiani recederent. Hæc scribebat. *Male vos, ait, parietum amor cepit, male Ecclesiam Dei in telis, adificiisq; veneramini, male sub his, pacis nomen ingeritis. Anne ambiguum est in his AntiChristum esse sessurum? Montes mihi, & silua, & lacus tutiores.*

51. A puellis egressis ad hauriendam aquam, quærit Saul, vbi sit Samuel Propeta Domini, quæ responderunt ei: *festina nunc, hodie enim venit in ciuitatem.* 1. Reg. 9. Duo hic expendenda sunt. Primo. Dicunt. *Hodie venit in ciuitatem.* Sic Sa-

52. muel hominum frequentiam fugiebat, quietemque secessus amabat, quod tanquam quid rarum, ac mirabile dicerent de eo, quod hodie veniret, ac appareret in ciuitate, quod notauit D. Gregor. ibi. *Quid est, quod dicunt, hodie, ait, venit in ciuitatem, nisi quia raro videbatur in ciuitate; videlicet tarde veniens, cito recedens.* Secundò addiderunt femine, *festina nunc, si omnes erant in eadem ciuitate, ad quid festinandum erat Saul, vt ineniret Prophetam, cum eoque loqueretur;* sic Samuel cum agnosceret pericula ciuitatis, fugiebat hominum cœtus, quod quando ex officio compellus erat, veniret in urbem, tam celeriter se dabat in loca publica, vt nisi Saul festinaret, festinantem assequi non valeret. Idem D. Gregor. *Dicunt ergo, festina nunc: Ac si dicant, si statim tempus transtulerit, in horis sue quietis, verbis, aut actionibus non intendit.* Bene sciebat Samuel in quanto discrimine versaretur in ciuitate, quantaque quiete, ac bono in sua solitudine, ac recessu fruerebatur, & ideo raro videbatur in ciuitate, tarde veniens, cito recederet.

53. Cum Sara vidisset Ismaelem ludentem cum filio suo Isaac, qui ludus, quid dissonum, turpe, ac incompositum, vel lasciuæ, vel persecutionis erat in Isaac. Tunc ipsa Sara persuasit Abrahamum, vt eiceret ancillam cum filio suo, eiectus Ismaele domo paterna, ait textus. *Et fuit cum eo, qui creuit, & moratus est in solitudine.* Genes. 21. num. 20. Idest, Deus fuit cum eo vt clarius exprimunt Sept. & Hebræus, *Erat Deus cum puero,* & Card. *Fuit verbum Dei adiutorium pueri.* Quid est quod Ismael non habuit quid securum in domo patris sui, siquidem ab ea fuit expulsus, & tamen in solitudine inter ferocissimas belluas securus, ac placidus degit; vnde ei maior securitas in deserto inter bruta animantia, quam in domo sanctissimi sui parentis Abrahami? Vnde in solitudine tantum proficit, vt dicatur ei, *Deus adiutor,* quod Abrahami non legitur. Multa & magna bona locus desertus ex se exhalar, & diffundit, vt faciat Deus valde propitium; vtque in eo maior securitas inueniatur in antris leonum, quàm in vrbe in domo sanctissimi viri, ac parentis Abrahami. D. Ioannes Chrysostr. ibi. *Erat Deus cum puero, ait, vt discas quomodo, qui in solitudinibus agit, securior sit, & potentior his, qui in medijs ciuitatibus versantur, videnti hominum presidio freti: videamus quomodo David de loco in locum transiens, & quasi erraticus vagans, manu superna munitus fuerit. Saul autem cum esset in medijs ciuitatibus, & tantum secum duceret exercitum, & satellites habens, & armigeros, quotidie timebat, & tremebat inimicorum insidias.*

54. Et cum inuenerit eam imponit in humeros suos gaudens.

VERSIONES.
Syriacus. Quomque inuenit eam, lætatur, & baiulat eam super humeros
Origenes. Quam inuentam humeris suis reportauit.
Arabicus. Portat eam.

EXPO.

EXPOSITIO III.



Et cum inuenerit eam. Ecce terminus, ac finis suscepti laboris à Pastore in oue quærenda, vt amissam ouem inueniret, & præter hoc nil aliud intendebat: perdantur licet omnia bona temporalia, teratur corpus, & periclitetur salus corporalis, pro his omnibus dispendiis vna est compensatio, vt ouis sit inuenta. Cum inuenerit. Celeriter eam inuenit bonus pastor, quia non diu tardauit, sed festinanter quæsiuit; perditæ ouis amor non permittebat cunctari, ac moras trahere, sic & prælati subditos diligit, ne morosus sit, vt aberrantes reducat. Eam imponit in humeros suos. Nullus adiuuamen præstat, nullus onus subleuat, humerisque aprat, & ipse eam sibi superimponit, amor enim ouis, & gaudium de eius inuentione vires ministrabant; & licet de itinere esset lassus, nulla tamen ei maior recreatio, ac quies, quam errantem ouem ad gregem reducere eamque in tuto custodire, amanti enim nullus est labor, nec fatigatio; sic & prælati subditorum salus sit eorum quies. Gaudens, hoc obsequium exhibet oui, non tristi, sed hilari facie, & dicitur gaudens. Amplius sane de hac vna, quam de nonaginta nouem, quibus nullum eminuerat periculum.

53. Amor non sine cunctari, dat vires, expellit laborem.

Samuel fugiebat ciuitatem, quarebat solitudinem.

52.

Genes. 21. Septuaginta. Hebræus. Chaldaeus. Maior securitas in deserto, quam in vrbe, etiam apud sanctos.

QUESTIO VIII.

Quare cum errantem ouem inuenit, non eam punit, & verberat, sed blande suscipit?

NOTANDUM est in exordio huius quaestionis, quod pastor multum laborauerat, vt errantem ouem inueniret, cum tamen eam reperit, non sedet, ac quiescit, sed statim humeris impostam ad gregem portat; nostri enim diuini Pastoris fatigatio sessione non tollitur, sed nouis ac magnis libenti animo pro ouicula realsumptis laboribus, illi enim nulla gratior quies quam pro nobis labor. Basilii Seleuc. Orat. 26. *Montes, & sylua obire non recusat, ait, obit præcipua, cumq; de errante venit in partem errantis, & subiciens humeros proprio labore ouiculam curat laborantem, & gaudet ipsa fatigatione, ouium inuentione ratus lassitudinis esse leuamentum.* Sublatio fatigationis, inuentionis ouis. Huc aduoc id, quod perbelle dixit D. Chrysol. serm. 58. alludens ad illud Isai. 57. num. 2. *Erit in pace sepultura eius.* Luxta Septuaginta. *Crucifixus in cruce, mortem suscepit, sepulturam patitur.* Crucis, ac tormentorum mors, quædam dulcis susceptio pro hominibus illi fuit; sepultura verò, in qua assignata est quies, veluti quædam passio reputatur, nam ipse pro nobis gaudet ipsa fatigatione.

54. Christi quies pro nobis laborare.

Basil. Seleuc.

Chrysol.

55. Nyssa.

Ruricius.

Ad nostram quaestionem responder. Primò. Diuus Gregorius Nyssen. in caten. *Cum pastor, xit ait, inuenisset ouem, non punit, non ducit ad gregem urgendo, sed superponens humero, & portans clementer, annumerauit gregi.* Et Ruricius. lib. 2. Episto. 22. ait. *Ipse bonus pater, qui ouem perditam ad caulas Dominicas manu propriis humeris reportare, quam stimulis urgentibus renocare, districcius, non statim virgam, non statim stimulos monstrauit, sed prius humeros adhibuit, quibus lassam benigne sustentaret.* Inuentam ouem non vir-

ga minatur Pastor, non ictibus, ac verberibus in gregem agit, sed his omissis, humero parat, ad virtutis tyrocinium reddebat illa, virtutis autem tyrones blande, ac leniter sunt trahendi, ne desistant, ac resiliant.

Cum Moyses incederet per desertum, ducatum præbens populo Israëlítico, cumque esset prope montem Sinai, vt est multorum opinio. *Venit ergo lethro cognatus Moysi, & uxor eius ad Moysen in desertum, ubi erat castrametatus iuxta montem Dei.* Exod. 18. num. 5. Sine dubio magno amore vxor Moysi videndi suum virum, ac filij eius videndi parentem tenebantur. Quomodo ergo à tempore, quo discessit Moyses à Madian, vt descenderet in Ægyptum, ibique commoratus est? Eos non reduxi lethro; bene enim poterat lethro cum hoc comitatu in Ægyptum tendere, vbi Moyses multis mirabilibus magnus ostendebatur? Tamen hoc non præstat in Ægypto, sed postquam ab illo egressus est Moyses, & iuxta montem Dei castrametatur. Femina enim cum esset recenter conuersa ex gentilitate ad Dei cultum, paruulique cum esset infirmi, non fuerunt exponendi tyrannidi Pharaonis, ac tantarum persecutionum tempestati, hoc enim prouectiores viros exoptabat, & ideo eorum aduentus differendus fuit, quoad usque à tantis periculis Moyses exiret. Origenes. homil. 2. in Exod. *Non poterat, ait, sacerdos Madian in Ægyptum descendere, nec uxor Moysi, sed nunc ad eum venit cum filiis; non enim poterat descendere in Ægyptum, & subire agones Ægyptiorum, nisi athena probabilis.* Ad Pharaonis vexationes sustinendas, non tyrones, sed multis porbati milites requirebantur. Vide tom. 2. cap. 3. q. 8. n. 39. & cap. 7. q. 13. n. 84. & 85. & cap. 19. q. 17. n. 35. & tom. 3. c. 15. q. 24. n. 294.

Virtutum tyrones benigne trahendi.

56.

Exod. 18.

Teneris virtute non rigido, & austeritate exponatur.

Origenes

57.

Recenter conuersi ad penitentiam leniter trahendi.

58.

Jerem. 18.

D. Thom. Hugo. Non rigore, sed lenitate trahuntur penitentes.

Prodigus in se reuersus ait. Quam mercenarij

59.

in domo Patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereor. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi, &c. Luc. 15. num. 18. Magna contritione commotus est peccator iste, cur ex suo magno dolore, apud se non statuit se patri dicturum; ecce ego, qui turpiter deliqui, dignus sane, vt flagellis percutiat, cilicio, sacco, ac ieiuniis: ecce manus, & pedes, vt vinculis astringantur, nihil horum meditat, sed tantum vnum verbum habet in ore: dicam ei. Pater peccavi. Diuini Spiritus afflatu cor poenitentis mouebatur: hominiquē infirmo non dura, ac aspera, sed suauia, & facilia confulebat; nonque illius menti asperos rigores pro peccatorum poenis debitos suggererat, ne oneri succumberet, sed patris clementiam vno verbo inclinandam proponebat, vt magis in vitam aleretur. Diuus Ephrem ferm. de poenit. Cernis, ait, non primum, quod austerum est, offerre peccantibus; verum quod gratum, ac placidum est, simulq; suauē, ac facile. Non mox ieiunium imposuit, non abstinentiam, ac temperantiam poposcit, non vigiliam demonstrauit, sed à confessione ipsum appellauit, à lenioribus duxit principia.

Theodoret. Deo vno beneficio concesso ad maiora procedit.

Alcuinus.

Nazianz.

Isai 9.

Sublimis regis non fulgere, sed miseris fouere.

Psalm. 90.

Hieron.

Gregor.

Genes. 27.

Bernard.

Ambros.

Nazianz.

Qui passus est afflictionem afflictum misere.

Nicetas.

Nicetas.

QUESTIO IX.

Quare non sinu, vel manibus, sed humeris portat ouem Pastor?

60.

IN exordio huius quæstionis notandum est, quod bonus pastor inuenit ouem multis calamitatibus, ac morbis attritam, & pene exanimem, & tamen de ea sic inuenta gaudet; cur non potius dolet, ac tristatur de eius infortuniis, ac malis, nam Assuerus cum vidisset Estherem languentem, aliquid mali metuens exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis suis. Esther. 15. num. 11. de eiusque langore non gaudebat, sed tristabatur; Cur ergo Dominus, quando de cælesti folio exiuit, & ouem infirmam inuenit, eam suis humeris sustentans non dolet, sed gaudet, nunquid Assuerus magis amabat Estherem, quam meus Iesus ouem? Minime sanè. Assuerus sustentans Estherem non tollebat eius langorem; ac Iesus eo ipso quod attingit ouem, eamque humeris sustentat, ab illa omne malum, ac languorem repellit, indeque de eius salute gaudet. Prudentius in Hymno 8. post Ieiunium sic canit:

Esther. 15. Expellit infirmam, quem sustinet, ac attingit.

Prudentius.

61.

Græcus.

Semel inuentus fallax non ei credendum.

Genes. 42. Genes. 43.

Impiger pastor renocat, lupisq; Gestat exclusis, humeros grauat, Ide purgatam reuehens aprico reddit ouis. Ad quæst. multipliciter respondeo. Et primò Auctor Græcus. Neque iam amplius, ait, propriis suis, quibus semel errauit, pedibus mouetur, sed ab ipsa natura diuina gestatur. Nò curat bonus pastor, vt ouis pedibus suis ambulet, ne amplius fidat pedibus, quibus semel errauit. Postulat Ruben à parente Iacob, vt sibi credat filium Benjaminum, vt eum ducat in Ægyptum. Dicens: Duos filios meos interficere si non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi restituum, at ille: non descendet filius meus vobiscum. Genes. 42. num. 37. Et tamen ipsum concedit Iudæ. Genes. 43. num. 6. Cur non Ruben? Inuenit enim pater ipsum Ruben semel fallacem, ac infidum, patris enim cubile maculauit cum Bala concubina patris sui Ge-

nes. 35. num. 22. Inde prudenter senex iudicauit sibi cauendum esse à semel infido inuento, ei amplius non esse credendum. Theodoret. quæst. 103. Quare pater, ait, noluit committere Benjamin ipsi Ruben? Suspectus illi erat, propter illegitimum congressum, & petulantiam in cubile patris commissam.

Theodoret.

62.

Deo vno beneficio concesso ad maiora procedit.

Alcuinus.

Nazianz.

Psalm. 90.

Hieron.

63.

Gregor. Christus peccata nostra portauit, vt deleret.

Genes. 27.

Bernard.

64.

Ambros.

Nazianz.

Qui passus est afflictionem afflictum misere.

Nicetas.

Nicetas.

miserationem impenderent illisque locum ad requiem præberent. In illa patibuli nobilis cervice requiem. Vide supra cap. 12. quæst. 5. num. 33. Dicam etiam: Sacratissimi humeri mei Iesus sibi pondus, ac fatigationem eligunt, oui verò dant requiem & leuamen. Pro quo vide multa in hoc tomo, & aliis, verb. Christus, in Indice.

65. Tertullian.

Quintò. Tertullianus lib. 3. aduers. Marcii, cap. 9. Nouus Rex nouorum æuorum Christus Iesus noue gloria, & potestatem, & sublimitatem suam humero extulit. Christus Dominus inuentam ouem non portat in manibus, vel sinu, sed in humeris; ipse insignis regni sui non constituit, vt diadema in capite, vel sceptrum in manu, sed in humero, in quo portat ouem, vt notauit Nicetas in orat. 42. Nazianz. Inuentam, ait, pallantem nostram naturam minimè neglexit, sed præ insigni honore complexus est. Isdem enim humeris eam suscepit, quibus & Crucis lignum tulit, quemadmodum Isaias de ipso vaticinatus fuerat, dicens: cuius principatum super humerum eius, cap. 9. num. 6. Cur imperiale signum in humeris eius. Nouus Rex nouorum æuorum Christus. Nouus iste rex non ostentat sui regni potestatem, & sublimitatem radiis coronæ, quibus super alios splendet; non scepro, quo eos regit, ac gubernat, sed humeris, quibus miseris, ac lassos portat, eisque requiem, ac leuamen confert, hac noua imperandi arte instruantur principes, subditos non opprimere, sed fouere; non ostentationem facere de purpura, ac sceptri fulgore, sed de miserorum leuamine, ac subiectione. Vnde vocem Elisæi ad Parentem Eliam euolantem in cælum, 4. Regum 2. num. 12. rectè explicat Drogæ de Sacrament. Domin. Pass. Pater mi, Pater mi, ait, o vox affectuosa. Curvus Israel, & auriga eius portus, & regis: sustinens, & gubernans. Vide Prælatu.

Nazianz.

Isai 9.

Sublimis regis non fulgere, sed miseris fouere.

Drogæ.

66. Ambros.

Sextò. D. Ambrosius ferm. 22. in Psalm. 118. Centesima ouis est, ait, quam dicit errasse; perfectio, & plenitudo numeri, ipsa se instruat, & conformet. Non immerito ceteris antefertur, quia plus est à vitio se reuocasse, quam prope vitia ipsa nescisse. Hæc vna ouis errans ceteris antefertur. Quæ relicta fuerunt in deserto. Nam hæc ouis errans nomen est adepta centesimæ; centesimus autem numerus est perfectus, & completus: perfectio, & plenitudo numeri; & tantum eleuata est, vt tanquam consummata dignitatis, ac sanctitatis insignis, veluti in sublimi throno supra diuinam ceruicem, ac humeros superfertur. Vnde huic oui tantus honor, & decus, repræsentabat ipsa hominem poenitentem ad viam salutis conuersum, vt communiter docent Patres ipse D. Ambrosius, D. Augustinus, D. Gregorius, D. Hieronymus epist. 61. ad Pammachiū, D. Bonauent. Hugo, & alij communiter. Vera autem, & integra poenitentia ita submem, ac illustrem reddit contritum delinquentem, vt aliquando eam splendidiorem, ac nitidiorrem faciat, quam eum, qui nunquam se coinquinauit, ac fœdauit. Quia plus est à vitio se reuocasse, quam prope vitia nescisse. In hac parabola ad c. 15. Luc. ait D. Ambrosius: Ouis à pastore lapsa reuocatur; drachma, que perierat, inuenitur; ad patrem filius suis vestigiis redit. Cur honoratior reductio ouis, gnati? Ouis scapulis pastoris vehitur; filius verò pedibus suis venit. Ouis aberrauit in montibus idololatricæ, ac dæmonum cultui dedicatis, in quibus superstitionibus ipsa se exercuerat, vt tenet Nazianz. Scholiastes. Nicetas in illius orat. 42. At filius prodigii in regione longinqua sceleribus

Poenitens magiori honore sublimatur à Deo, quam infans, qui non peccauit.

Poenitens magiori honore sublimatur à Deo, quam infans, qui non peccauit.

Ambros.

Nicetas.

Nicetas.

Syluicia in Enang. Tom. IV.

fœdatus est luxuriæ, crapulæ, & aliorum similiarum, quæ in homines fideles quadrant, quo ergo maiora peccata adumbrantur in oue, inde in ea profundior, ac vehementior denotatur poenitentia, quo maior fuit præuicatio, abundantior extitit & gratia, & inde ampliori, ac excellentiori honore afficitur, ac extollitur. Vide supra c. 8. n. 13; 134.

Septimò. Cur ouis non sequitur pastorem, vel ante ipsum pergit, ad quid humeris portatur? Si ouis pastorem sequeretur, non illam suus pastor aspiceret; si vero ante pastorem incederet, omnes illius gressus pastor notaret, ac annumeraret. Ponitur ergo in humeris, vt & pastor aliquando in eam oculos coniciat, aliquando diuertat, nec semper ouis oculos pastoris patiatur, nec semper effugiat; æquale discrimen est subditis, si superior omnes eorum gressus, aut nullos notet, & aduertat, & ita præsens sit præsul, vt & aliquando diuertat, & absens fiat; sic præsens Sol fecundat agros, vt & per noctes illius absentia fructiferos reddat.

67.

Superior ne semper densumeret gressus subditorum.

68. Cant. 2.

Gillibert.

Prælatu ne sit importunè præsens, an diu absens.

69.

Ezech. 1.

Cornel.

Varabl. Calepin.

Principis ne semper præsentia fatiget subditos.